

Band V., Nr. 1283, Seite 46-47

Abt Eberhard und der Konvent von Salem verkaufen das ihnen von den vier edeln Brüdern Fürst von Konzenberg teils um ihres Vaters und ihres eigenen Seelenheils willen, teils zum Ersatz für Aufwand, teils für ihre Hube in Weigheim abgetretene Gut in Balgheim um 40 Mark Silber an das Kloster Rottenmünster.

Rotenmünster, 1254.

Universis hanc paginam inspecturis frater Eberhardus dictus abbas et conventus de Salem noticiam subscriptorum. Presenti scripto notum esse cupimus presentibus et futuris, quod nos predium nostrum in Balgehain, sicut nobis viri nobilis Cunradi quondam Viurstonis de Chūncenberc filii quatuor, eiusdem patris nomine appellati, accedente consensu nobilis domine V̇delhildis matris eorundem et domino Hainrico patre ipsius V̇delhildis milite de War- tinberc persuadente tum pro remedio animarum dicti Viurstonis scilicet et suarum tum pro restauratione gravium expensarum, quas fecimus, dum prefatus Cunradus Viursto apud nos traderetur ecclesiastice sepulture, que ad XX^{ti} marcas argenti fuerant estimate, nec non pro predio nostro in Wigehain videlicet hūba^a una, quam sepedictus Viursto tam in reconpensationem dampnorum, que nobis intulerat, quam pro anime sue remedio et salute nostro tradiderat monasterio adhuc sanus, idem predium in Balgehain nobis et nostro monasterio contulerunt, vendidimus et contulimus reverendis in Christo domine . . . abbatisse Rubei Monasterii suoque conventui pro XL^a marcis argenti puri, cum omnibus suis pertinenciis iuste proprietatis titulo pleno iure libere ac quiete perpetuo possidendum, super hoc ipsis warandiam prestituri, renunciantes omni iuri, quod nobis in eodem predio competebat casu aliquo contingente. In quarum rerum evidens testimonium et munimen presentem sibi porreximus cautionem sigilli nostri robore consignatam.

 Actum in Rubeo Monasterio, anno domini M^o. CC^o. LIII^o.

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An der Urkunde das spitzovale Siegel des Abts Eberhard von Salem aus mit Eisenoxyd gemischtem Wachs, 41,25 mm (III. A. 2. a): Der stehende Abt, in der Rechten den Krummstab, in der Linken ein Buch vor die Brust haltend. Umschrift: + SIGILLum . ABBATIS . DE . SALEM.

^aIn der Urkunde steht, sicherlich verschrieben: *huona*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 494 U 46

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Rotenmünster

Aussteller:

Eberhard; Abt von Salem Salem; Konvent

Ortsindex:

Balgheim Wohnplatz (14013)
 Balgheim, TUT
 Konzenberg
Wüstung (23435)
 Konzenberg, Wurmlingen, TUT, W
 Rot-
tenmünster Wohnplatz (12415)
 Rottenmünster, Rottweil, RW

Schloss Salem : Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)

Wartenberg Wohnplatz (14073)
 Wartenberg, Geisingen, TUT

Weigheim Wohnplatz (13980)
 Weigheim, Villingen-Schwenningen,
VS